



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 12. Fabula dantis, quod auferre volebat, & historia accipientis, quòd,  
templi adeundi causa, à labore abstineret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

nis auxilijs nituntur. Malis artibus homines plus amittunt, quam acquirunt.

## §. XII.

*Fabula dantis, quod auferre volebat, & histo-  
ria accipientis, quod, templi adeundi cau-  
sa, a labore abstineret.*

Quod vel Phryx ille voluit indicare; cu-  
ius haec sunt. *Valde exercitatus fur, egregiam  
& questuosam operam quadam nocte nauarat,  
compilatis aliquot diuitum arculis. Itaq, auro  
argentoq, refertum sacculum portans etiam in  
pauperis aedes deuenit: quas scrutans cum nihil  
inueniret rerum preciosarum, in farinariū tan-  
dem vasculum incidit. Ne vacuus autem, con-  
tra disciplinam suām, discederet, ponit saccu-  
lum, in illum congesturis farinam. At pater  
familias strepitū excitatus de somno; & timens  
victui suo, in furem, telo arrepto; cum clamo-  
ribus irruit. Ille territus ex adibus, sacculo re-  
licito, fuga evadit. At pater familias, excusso  
igne & lumine illato; magnas, prater spem, opes  
reperit. Sic ille qui farinam pauperi relinque-  
re noluisse, auro & argento caruit: Ni mirum  
sepe ex insperato succurritur innocentibus;  
& male parta, male dilabuntur, longeque  
maiis lucrum reportat, qui lucrū Dei cau-  
sa negligit: Cuius rei insignem habemu-*

Æsop. fol

373.

in esso-

Thom.  
Canti-  
prat. lib.  
2. c. 53.  
§. 9.

messore, doctrinam, à probatae fidei authore, enim uero ab oculatis testibus relatam. Miles, in Germania, dities agri, messores conduxerat, qui, secto gramine, fœnum facerent. Illi in opus strenue incumbebant, ut diurni laboris mensuram quisque impleret. Erat fortè per uigilium Sancti cuiusdam, cū sub vesperam, vndeque, in pagorum turribus, campanum æs cœpit compulsari, signumque dari ad Vespertas. Eo sonitu audito, Desistamus, inquit unus e messoribus, falemq; seponamus, tempus est Vesperarum. Pia monitio, apud crudos animos, non habuit locum. Quin dicterijs insuper asperserunt ceteri monitorem. Ille tamen nullis sarcasmis absterritus, falce & opere relicto, ad processus cantusque Vespertinos se contulit, reliquis porrò gramen cædenteribus. Tertio inde die, in pratum veniens, & longo, post reliquos, inter uallo laborem incipiens pro deridiculo habitus est. Tulit cachinnos patienter: sed non diu fuit, cum irrisores, se ipsos senserunt cachinno dignos. Vix enim ille manu falcem vibrare cæperat, cum ex eminentiore graminis furculo auream quandam miræ & visendæ magnitudinis monetā pendentem conspexit. Quid illo latens? Cadit illico

illico in genua, & præ gaudio, lachrymans  
in diuini Largitoris laudes effunditur. Con-  
currunt ad clamorem socij, cōcurrit & prati  
dominus miles : vident num̄um non vulgari  
modo, sed prodigiosè inscriptū. Miles, qui  
olim aliquot annos, inter scholas, haud ma-  
gno sanè operæ precio contriuerat, litteratā  
tamen monetam, voce patria, legit, & hunc  
ferè sensum inuenit, *Manus Dei mē compen-*  
*git; & in donum me rededit pauperi: qui non in-*  
*fregit diem Sancto celebrem.* Num̄um hunc  
vxor militis tanti fecit, vt magna pecuniæ  
summa eum emtum multis postea, in rei ge-  
stæ testimonium memoriāmque, common-  
strārit.

§. XIII.

*Deo fidens inuenit, quod nimis felicitus*  
*neglit.*

Narrabo hīc, quòd à viro diligente atque  
industrio in eandem rem narratum habeo.  
Duo vñā iter faciebant, quorum vñus in per-  
peti metu de victu comparando versabatur,  
alter verò de Dei Prudentiā certus ac sui  
securus plenus lætitijs pergebat. Hoc mira-  
ri ille, & è socio quærere; quānam res ei tan-  
tam animi tranquillitatem adferret? Nam  
ego